Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38233
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



29

redabit; Non enim uult nos peccare. Ideoq; iustus est in ira;
Alioqui quomodo iudicabit hic mundus; uerum quia non erat iustum
ut iudicaretur dei mundum sine peccatis ipsi proficerent ut nutu eius
peccantes dum uenia consequunt dei bonus iudicatur; Si enim non
peccent non habendo cui remittat Non erit bonus; Si autem ueritas
dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius quid adhuc et ego
tamquam peccator iudicor; Manifestum est quia si ad gloriam dei proficit
mendacium hominum uale solus uerus apparebat peccatores non sunt
dicendi qui peccant. Impulsu enim eius iudicantur peccare quod abest;
Et non sic blasphemamur et sic aiunt nos qui dicere. facia mus
mala ut ueniant bona; Hoc est. unde sibi questionem fecerat apostolus.
a puersis hoc opponebatur; quasi hic et sensus predicantium remissionem
peccatorum. ut faceret mala et uenirent bona; Hoc est. peccarent ut
remittendo illis. deus iudicetur bonus; quod blasphemium appellat.
et abiecit a sensu diuinae doctrinae; nec enim peccari debere. fidem suadet.
Sed delinquentibus; dat medelam ut recuperata sanitate iam non peccent;
ideoq; subiunxit; Quorum damnatio iusta est; Horum qui aemulatione
inuidiae istud denotant interpretant. damnatio iusta est; Quid igitur per
cellimus eos pequaqua; Causati enim sum iudaeos et grecos omnes sub
peccato esse; Hoc est. quod adhuc latius loquimur; ostendimus enim
ratione reddita tam iudaeos quam grecos Idest gentiles omnes
reos eos. Ideoq; frustra legem seruari; Primum enim grecos ostendit
reos Iuxta legem naturae et quod neq; legem mosi receperint; quam
obrem. pessima eorum et pgrauis causa; deinde iudaeos ostendit reos.
qui sub lege dei uiuere uiderentur. ac sibi merito patrum defenderent
dignitatem; Ex hoc precipue quod promissionem patrum sprreuerint.
dignitatem in irritum deducentes; ad quam rem firmandam exem
plum ppheticum subdidit. ex psalmo xiiimo. dicens scriptum esse; Quia
non est iustus quisquam; dbiniustitia coepit mala opera numerare.
et patribus peiora subiungere. ut manifestaret in his nullam spem uidere.